

Pars prima de universo

Esset eadem questio quod et ipse Aristoteles et sequaces eius de inicio mundi referunt. Contradicere autem tot et tantis testimoniorum non stulticie tam sed intollerabilis est dementie. Restant et historie hebreorum et christianorum adam primum hominem fuisse testantes. sed et ipse propheta hebreorum hoc ipsum testificatur in principio legis hebreorum cui tam magnificis signis manifestis et prodigijs ipse creator testimonium perhibuit cum eidem prophete nisi per signa gens hebreorum credere voluisset. Ceterum dicere autem testimonio tanti prophete cui et ipse creator testimonium perhibuit tanto rum signorum contradicere est ipsi creatori et mendacem facere illum.

Rocedam autem ultraius et dicamus quia ipse totus mundus constitutus habuisse inicium. ex tempore autem hoc potes audire ab eo et intelligere valentibus. Confitetur enim potentialitatē suam et se esse possibile esse propter se quare constitutus potentialitatem seu possibilitem essendi esse sibi naturale et a seipso. Actualitatem autem siue actum essendi receperisse aliunde siue ab alio et hoc est quoniam possibile siue potentiale inquantus quod huiusmodi siue per hoc quod huiusmodi non eruit in actu essendi siue adesse. Sed neque per aliud simile inquantum simile hoc est inquantum potentiale siue possibile sed remanet in sua potentialitate et possibilite quantum in eo est. quare et in non esse factum actu siue in non esse actualiter Quia igitur potentialitas est ei naturalis. erit et non esse eidem naturale. quare erit prius et necessitate quam ipsum esse. Naturalia autem propria sunt unicus rei ex necessitate quam aduentitia. Similiter et quod per se est unicus prius est ei quam aliunde vel ab alio. Quare mundus huius omnibus consideratis constitutus accepisse esse post non esse. Amplius. Cum manifestum sit mundus factus vel creatum esse. Alium vero non fiat nisi ex nigro. et calidum ex non calido. ergo ens mundus non est factus nisi ex non ente. In omni autem factione prius est ex necessitate id quo sit aliquid quoniam ipsum factum. quare prius non ens fuit mundus quam factus fuit ens. fuit aliquando igitur non ens et propter hoc non semper fuit ens. Amplius. Cum esse accepit mundus a creatione quoniam ab illo est et habet esse. aut

acepit illud cum iam esset. et hoc impossibile quoniam cum erat habebat esse. non est autem possibile ipsum accipere quod habebat. Quod si dixerit. quia accepit illud quando habebat quoniam subito accepit illud et non partes tunc igitur accepit illud quando ipsum primo habuit. quare aliquando primo illud habuit quando primo habuit esse tunc indubitanter incepit esse. Alioquin igitur incepit esse. Quod si dixerit quod incepit esse non quando habebat illud alio quando igitur non habuit illud quare alio quando non fuit mundus quare incepit esse omne enim quod aliquando non fuit et alio quando fuit incepit esse. Amplius. de naturali potentialitate sua educitur emendatio in actu existendi. ergo nihil subito vel propter se siue continue. Quod si subito ergo in instanti siue in nunc temporis. quare in illo nunc primo fuit in actu existendi siue in esse. In illo ergo incepit esse et hoc est quod querebatur Si vero per partes siue continuae existit de potentia in actum huiusmodi exitus indubitanter generatio fuit. generatio autem finiti in tempore finito est et ex utraque terminato. Generatum autem de toto tempore siue generationis non dum est sed sit et in termino generationis primum est et incepit esse quare mundus incepit esse in termino siue generationis cum antea non fuerit. Sicut neque alia generata. Nullum enim generatum potest esse aut potuit unde ante complementum siue generationis.

Amplius. Potentialitas et actualitas sunt contraria. Similiter potentia et actus et non sunt simul in eodem. nec se compa ciuntur aut igitur potentialitas essendi precedit actum in mundo. aut non precedit. Si dixerit quia precedit. fuit igitur huiusmodi potentialitas sine actu quare fuit mundus aliquando in potentia essendi et non dum in actu. fuit igitur ens in actu aliquando mundus quare non semper. Quod si potentialitas nunquam precedit actum in mundo cum manifestum sit quia naturaliter prius est ipso actu. Non igitur ordo nature servatus est in creatione mundi. Contra ordinem igitur nature est quod mundus semper est in actu. Amplius. Qualiter creatus est mundus a creatore. aut est generatus ex corruptione scilicet alterius. siue propter corruptionem illius. aut factus ex aliquo propter corruptionem illius videtur ex lignis et lapidibus non unquam fit aut